CORPVS CHRISTIANORVM

Series Latina

CLAVIS PATRVM LATINORVM

CORPVS CHRISTIANORVM

Series Latina

CLAVIS PATRVM LATINORVM

EDITIO TERTIA

AVCTA ET EMENDATA

BREPOLS

EDITORES PONTIFICII

1995

CLAVIS PATRVM LATINORVM

QVA

IN CORPVS CHRISTIANORVM EDENDVM

OPTIMAS QVASQVE SCRIPTORVM RECENSIONES

A TERTVLLIANO AD BEDAM

COMMODE RECLVDIT

ELIGIVS DEKKERS

OPERA VSVS QVA REM PRAEPARAVIT ET IVVIT

AEMILIVS GAAR †

VINDOBONENSIS

EDITIO TERTIA

AVCTA ET EMENDATA

STEENBRVGIS

IN ABBATIA SANCTI PETRI

1995

This book has been printed on paper according to the prevailing ISO-NORMS.

IOANNI CARDINALI MERCATI
MICHAELI CARDINALI PELLEGRINO
QVORVM ANIMAE IN PACE

PRAEFATIO

Haec *Clauis Patrum Latinorum* quo pacto procusa sit, paucis repetere liceat, quo melius perspiciatur, quid in animo fuerit fabro, quid sibi polliceri possint qui utentur.

Vindobonae, etiamtum saeuientibus armis, impulsu rectoris *Corporis Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum* Richardi Meister, Academiae Scientiarum Austriacae praeclari praesidis, confectus erat ab Aemilio Gaar Vindobonensi conspectus bibliographicus scriptorum ecclesiasticorum latinorum, pertinens ad finem saeculi christiani octaui.

Itidem haud absimilis index colligebatur in abbatia Sancti Petri Steenbrugensi in eorum commodum, qui *Corpus Christianorum* edituri sunt, omnia christianae antiquitatis monumenta complectens.

Angelis pacis, licet trepide, tandem redeuntibus, ubi primum, quid utrobique seorsum confecissent, alteri ab alteris cognouerunt, sine mora inter se iuuare inchoatumque opus uiribus unitis perficere decreuerunt. Quae in Austria, ob patriarum rerum summas angustias, prelo mandari non poterant, diligentissima cura transcripsit Ludmilla Krestan, Academiae Austriacae amanuensis, instar tabularum quae extant in Indice *Thesauri Linguae Latinae*, quo conspectu alphabetico ut at arbitrium meum uterer et fruerer, benigne concessit eadem Academia Austriaca.

Accedebat eruditissimorum hominum, qui casu schedas uiderant, unus omnium consensus summa auctoritate suadentium, ut in publicum commodum ederentur. Quibus parendum fuit, ne reprehenderetur recusatio obsequendi bene monentibus, quamquam haud sine animorum trepidatione.

Quis enim melius perspicere poterat quam qui in his schedulis colligendis, comparandis, conficiendis se exercuerant, quantopere in re tantae operae ac difficultatis et eruditio et elegantia desideraretur? Itaque rogandum atque orandum est, ut, quidquid cuique occurrerit ad hocce opus emendandum et complendum, nobiscum benigne communicetur, quod summo usui erit *Corpus Christianorum* edituris, quippe cuius summarium haec *Clauis* exhibeat: quod

quo melius absolutiusque prodeat, eo maiori omnibus fore emolumento nemo est quin uideat.

*

* *

Etsi summa ratio ac dispositio totius huius *Clauis* primo aspectu patet, non absre erit pauca disertius exponere. Ac primum quidem aduertendum est eum ordinem esse adhibitum, quo SS. Patrum opera et, quae exstant, fragmenta in *Corpore Christianorum* edentur, allatis subsidiis et adminiculis omnibus, quibus ea fulciri cogitamus. Etenim praesidia omnia comparamus, nec plura nec pauciora, quae reapse ad scriptores critice recensendos aliquid collatura esse putamus, neque tamen (quod proprium sibi uindicat seu operum seu artis criticae historia) omnes editiones, omnia studia critica sine delectu enumerauimus.

Satius enim esse uidetur, post singulorum librorum inscriptionem (adiectis, ubi res tulerit, primis cuiusque libri uocibus, ut distinctius agnoscantur), eam editionem afferre quae ceteris praestare existimatur, dein, ubi exstiterint, locos *Patrologiae Latinae* et *Graecae*, *Corporis Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum*, *Monumentorum Germaniae Historicorum*. Item in adnotationibus eos tantum codices ac studia critica reperies quae in editione laudata non sunt adhibita. Singuli enim codices, quotquot in bibliothecarum indicibus recensentur (*a*), hic minime enumerari possunt, quippe quorum moles adeo in immensum creuerit, ut solius Bedae codices uix centum et septuaginta paginis contineantur (*b*), solius Isidori extra Hispaniam ante saeculum nonum medium descripti centum et triginta (*c*).

Ideo neque codices enumerauimus neque eruditorum uirorum censuras, iudicia, studia, quae iam collegerunt siue singulorum scriptorum editores in prolegomenis siue Schanz, Kenney, Maassen ceterique, ad quorum opera remittuntur lectores, nisi quaedam ibi aut desiderari aut difficilius reperiri posse uideantur.

Neque singillatim suo quaeque loco perscripta sunt, quaecumque eruditi uiri subinde emendanda statuerunt; quae nonnumquam minoris momenti dici possunt, interdum merae nugae, pleraque uero a recentioribus, quos laudamus, excussa, probata uel reiecta. Quid enim sibi uult priora recensere, ut exemplum sumam de Venantio Fortunato, post clarissimi uiri Sven Blomgren *Studia Fortunatiana*? Quam ob causam id unum contendimus, ut ea afferamus subsidia, unde noua studia critica exordium debent sumere.

Attamen quae pertinent ad SS. Patrum uitam ac doctrinam hic ne quaesieris, quoniam ea tantum attulimus subsidia, quae artem criticam textuumque recensionem respiciunt. Cetera requirantur in compendiis litterarum patristicarum, inter quae eminet instructissimum opus Bertholdi Altaner (*a*).

De operibus monumentisque recensis haec duo insuper adnotasse iuuabit: primum, omitti monumenta diplomatica et epigraphica, quae uocentur, quippe quorum elenchus uix breuior esse potuisset ipsa, quam paramus, editione in *Corpore Christianorum* typis mandanda; pauca tamen inseruimus quae directe pertinent ad unum alterumue Patrum, ut quae sunt epitaphia Martini Bracarensis uel Isidori Hispalensis, quod fortasse Braulio Caesaraugustanus confecit; alterum, haud secus neglegi uersiones latinas, quamuis antiquas, librorum graece primum conscriptorum (ut puta Irenaei Lugdunensis, Hippolyti Romani, Euangeliorum Actorumue apocryphorum), cum iis omnibus quae eodem pertinent, quales sunt u. g. Sacrarum Scripturarum prologi: ista enim omnia commodius aperiet *Clauis Patrum Graecorum*, quae dummodo *Latinorum Clauis* lectori placet, in eiusdem commodum praebebitur. Vtaris interdum praeclaro opere Alberti Siegmund, quod nuper edidit *Academia Benedictina Bauarica* (*b*).

Vbi tandem finem facerem, multum diuque ambiguus haesi. Quamquam enim in animo habui ad ipsa aeui Carolini incunabula non aggredi, quosnam limites ponerem singulis litterarum generibus, in re liturgica, canonica, hagiographica praesertim, in quibus omnes fere sententiae defendi possunt? Attamen aliquid certi con-

(*a*) Nuper prodiit conspectus locupletissimus omnium catalogorum codicum manuscriptorum: P. O. Kristeller, *Latin Manuscript Books before 1600: a Bibliography of the Printed Catalogues of Extant Collections*, in *Traditio*, vi, 1948, p. 227-317. Aliquot etiam titulos adderes ex catalogo eiusdem generis, quem eodem fere tempore ediderunt M. Cappuyns et H. Bascour, *Les Catalogues de Manuscrits. Premier Supplément aux listes de Weinberger et de Richardson*, in *Scriptorium*, iii, 1949, p. 303-316.

(*b*) M. L. W. Laistner, *A Hand-List of Bede Manuscripts*, Ithaca, 1943.

(*c*) C. H. Beeson, *Isidor-Studien*, München, 1913 (*Quellen und Untersuchungen zur lateinischen Philologie des Mittelalters*, iv, 2), p. 1-131: *Die außerspanische Isidorüberlieferung bis zur Mitte des ix. Jahrhunderts*.

(*a*) *Patrologie*, 2. Auflage, Freiburg i. Br., 1950.

(*b*) *Die Überlieferung der griechischen christlichen Literatur in der lateinischen Kirche bis zum zwölften Jahrhundert*, München, 1949 (*Abhandlungen der bayerischen Benediktiner-Akademie*, v [*Veröffentlichung des Byzantinischen Instituts Scheyern*]), viii-308 p.

stituendum mihi erat. Sententiae, cui adquieui, «ex ingenio suo quisque demat uel addat fidem» (ita Tacitus, *De Germania*, 3).

*
* *

His expositis, ad maiora transeamus, in primis, ut gratiae referantur amplissimae optimo et eminentissimo uiro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, Apostolicae Bibliothecae Vaticanae Archiuique Custodi, Iohanni Mercati, cuius postquam consilia mihi numquam defuerunt, eo usque benignitas et clementia processit, ut haec quantulacumque sibi dicari praeclaroque suo nomine inscribi sineret.

Mox, ut pium debitum soluatur, commemorandus occurrit uir de SS. Patribus optime meritus Iosephus de Ghellinck, S. I., cuius anima iam in pace quiescit (diem supremum obiit pridie nonas ianuarias anno MCML). Pro paterno suo in me animo hoc opus assidue et fouit et iuuit.

Pauci inter multos nominandi sunt, quibus meritam gratiam memori mente persoluam, Prof. Dr. J. H. Baxter (St. Andrews) et Prof. Dr. C. Van Deyck (Antwerpen), qui schedulas nostras diligenter cum suis contulerunt, in glossarium patristicae latinitatis edendum iam ante hos triginta annos colligi coeptis; neque aliter expertus sum comitatem eruditorum uirorum Dr. M. van den Hout (Eindhoven) et Dr. H. Schmeck (München), qui Monaci inuigilant *Thesauro Linguae Latinae* perficiendo. Optime quoque de hoc opere merita est Dr. Almut Mutzenbecher (Hamburg); pariter pronuntio nomina Dr. V. Bulhart (Wien) et R. P. N. Huyghebaert, O. S. B. (St.-Andries-Brugge). In monumentis liturgicis reperiendis uigilanti cura adstiterunt RR. PP. B. Botte, O. S. B. (Leuven), P. Bruylants, O. S. B., item Louaniensis, L. Eizenhöfer, O. S. B. (Neuburg), H. Schmidt, S. I. (Roma), P. Siffrin, O. S. B. (Sion); in rebus hagiographicis et hibernicis Socii Bollandiani doctis consiliis comiter me adiuuerunt; in hispanicis uero Prof. Dr. M. Díaz y Díaz (Santiago de Compostella) et R. P. J. Madoz, S. I. (Oña [Burgos]), cum in tota hac *Claue* perpolienda semper paratos inuenerim mihi officiosissimos Dr. J. Van Doninck (Zellik [Brussel]) ac Steenbrugenses nostros RR. PP. Amandum Dumon et Floribertum Rommel. Horum omnium nomina grato animo recolo.

Dein, etsi tantam, quantam debeo, referre gratiam non possum, habeo tamen quantam maxime capere animus meus potest, Academiae Scientiarum Austriacae huiusque praesidi Prof. Dr. Richardo Meister, qui pro largissima sua in me liberalitate (quod supra monui) fundamentis ab Academia iactis plene utendi mihi copiam fecit, et amanuensi Dr. Ludmillae Krestan, praesertim uero eruditissimo uiro Prof. Dr. Aemilio Gaar, primigenii operis auctori, qui etiam in plagulis perlegendis et emendandis immensam operam studiosissime posuit.

Neque praetermittam, qui librorum copiam humanissime fecerunt, quorum eis cura et custodia demandata est, Bibliothecis academicis praefectos Louanii Prof. Dr. É. Van Cauwenbergh, Gandaui Prof. Dr. R. Apers, monachos Sancti Andreae prope Brugas ac Reginae Caeli Castri Louaniensis, Patres Collegii Theologici Societatis Iesu item Louanii.

De tota uero litterarum re publica optime meretur Societas bibliopolarum N. V. Brepols (Turnhout — Paris), quae ad *Corpus Christianorum* edendum grandissimis se parans opibus, summa sollertia omnia perpendit, quae sacrae antiquitatis studiis prodesse possint.

Neque hic omittendus est uir clarissimus Iosephus Camerlynck, Societatis argentariae «Bank van Roeselare» praeses eximius, cuius Maecenatis mira in nos magnanimitas si defuisset, difficillimis hisce temporibus nihil potuisset perfici.

Tibi quoque, egregie uir Petre Verbeke, qui in instructissima tua officina typographica, ubi pro signo pendet «St. Catharina Drukkerij», plagellas nostras iterum atque iterum emendatas et auctas ingenti cura ac studio perspicuis litterarum apicibus tam luculenter expressisti, non solum auctor, sed et lectores omnes gratias agunt.

Steenbrugge, 1951.

IN ALTERAM CLAVIS EDITIONEM PRAEFATIO

Vsque adeo nunc florent haecce studia, ut breui satis interuallo omnia, quae anno MCMLI primum prodierant, nostrae *Clauis* exempla diuenderentur; quam ut iteratis curis, elapso decennio, delimaremus atque perpoliremus admonebant et tot codices interim descripti et excussi, et Latinorum sermo semper magis magisque trutina examinatus, et libri bene multi tantisper accuratius absolutiusque editi, et uirorum eruditorum commentationes uel iudicia critica identidem prolata, dum perscrutantur quid cui scriptori uerius adscribendum uideatur, quid abnegandum.

Velimus nos quidem, ut opportunitatem sequi licuisset menda multo plura, quae deprehensa fuerant, nunc ad castigationem uocandi, omissa quaeque suppeditandi et si quid defuisset supplendi. Attamen esse siuimus totum fere ut prostabat, tum quod raro otium nacti sumus nisi perexiguum ad tantos labores exantlandos, tum maxime quod priscos *Clauis* numeros, singulis quibusque operibus adscriptos, pigeret immutare et perturbare. Si quae passim, suo quaeque loco, identidem noua opera inserta sunt, addidimus numeris litteram *a*, *b*, eqs. Cetera, ex ipsa *Clauis* ratione et ordine, liberum non fuit nisi parce ad recentiores studiosorum uirorum indagationes et inquisitiones aptare et accommodare, ut cordi nobis fuerat: exemplorum loco sunto, quae molestius forte tulimus intacta relinquere, de S. Petro Chrysologo, de Pelagio, de monumentis iuris, de liturgia, quippe quod sentiremus minorem quam oportuerat nobis peritiam praesto fuisse cum editionem priorem prelo pararemus.

Magnum sane emolumentum secum tulisset si non nulla *Clauis* nostrae capita in ampliorem formam aptioremque ordinem essent redacta; quod tamen sine praecipuo legentium detrimento et incommodo fieri non posse perspiciebamus: nam, ut diximus, numeros in priore editione singulis quibusque Patrum scriptis et operibus adnexos, abicere oportuerat.

Eandem ob causam omittendae etiamnum erant auctorum Graecorum interpretationes latinae, quarum mentionem desiderari non nemo, dum de priore editione iudicium fert, nec iniuria, conquestus est. Idcirco rursum modeste rogamus ut legentes remittere licent ad *Clauem Patrum Graecorum*, aliquando edendam, ut sperabamus, uix tamen adhuc reapse inceptam, tantum abest ut parata sit, ingruentibus nempe cottidie et crescentibus assiduis laboribus quibus implicatos nos tenet *Corpus Christianorum*: quod enim anno MCMLI putabamus haud post longam intercapedinem exspectandum, id multo serius afficietur, nisi potius in incerto ponatur.

Ideo effuse plausimus cum intelleximus non absimile consilium moliri eruditos uiros qui in Academia Berolinensi consociati proferunt Patrum Graecorum opera, uernacule inscripta *Griechische christliche Schriftsteller*. Illos scilicet multo melius quam facultas nostra ferebat laboriosum spissumque opus ad felicem exitum deducturos confidimus, quod quo ocius in publicum prodierit, eo citius nos a pactis promissisque discedemus quae susceperamus, more iuuenum, audacius paulo quam circumspectius.

*

* *

Amoenum festiuumque officium, quod esse solet, grates agendi amicis sociis collegis qui conscribendi libri participes fuerunt et opem nauauerunt ut minus indignus esset qui legeretur, quasi quaedam umbra hic offuscat maesta memoria unius desiderati sodalis, quem in paranda priore editione ad latus habueramus, Doctoris in philologia Aemilii Gaar, Vindobonensis, ad Dominum euocati VI kal. decembres anno MCMLIII, paulo post quam *Clauis* prodierat. Ille nobis, dum uiuit, perpetuus adiutor, monitor, confector negotiorum, suppetias ferre renuit nunquam, uir praestans ingenio, praeclara eruditione, doctrina perfecta, summa benignitate, tricennio ceteroquin nobis senior. Neque sine animi intima commotione subdemus quantum semper suae utilitatis suique commodi immemor fuerit, quanta urbanitate limatus et faceta illa genuinaque uenustate, quae Austriacis hominibus quasi insita est et innata.

Ad officium nostrum pertinere arbitramur ut et haec altera editio inscribatur Eminentissimo fautori, cui ut prior sibi desponderetur collibuerat, Iohanni Cardinali Mercati, Sanctae Romanae Ecclesiae Bibliothecario et Scriniario, doctrina et optimarum artium studiis apprime exornato, tot tamque illustrium priorum meritissimo decessori, qui diem supremum interea obiit, XI kal. septembres anno MCMLVII.

Inter eos qui haud mediocri subsidio, ante hos annos decem, fuerant, primas ferme partes sibi obtinuerat R. P. Iosephus Madoz,

e Societate Iesu, item immatura morte, etiamtum intactis uiribus, ereptus die XVIII kal. ianuarias MCMLIII; cuius ingenii mirae eidemque grauissimae perspicaciae et excellentiae parique humanitati quantum debeant et haec *Clauis* et totum *Corpus Christianorum*, grati animi ergo publicandum censemus.

Faxit Omnipotens Deus ut in pace cum sanctis requiescant semper colendorum magistrorum et fautorum animae, uigeatque perpetua eorundem memoria apud omnes qui in hac elucubratione, multo magis sane quam suspicantur, diligentissimis eorum indagationibus utentur et indefessorum laborum carpent uberes fructus.

* * *

Maximam etiam gratiam habere et iterum agere debemus iis quorum nomina recitauimus in priore huius *Clauis* praefatione, inter quos haud obscuro loco statuimus eruditam feminam A. Mutzenbecher, philologiae laurea insignem, quae, dum ea quae ad. S. Maximum Taurinensem pertinent ab integro renouat, plurima nobis benigne suppeditauit, ceteroquin mox uulgatura castigatiores quam unquam fuerunt eiusdem pontificis sacras conciones; iam iam typographorum prela gemunt, post annorum duodecim improbum laborem.

Interim haud pauci comites se adiunxerunt iis qui ante decennium curarum nostrarum participes esse uoluerant. Agmen ducunt R. P. Bonifatius Fischer, Ordinis Sancti Benedicti monachus, theologiae Doctor, et Domina Maria-Ludouica Guillaumin: iis enim debemus huius libri ab inchoato et fundamento sedulam recognitionem, collatis et compositis animaduersionibus quae in scriniis suis ipsi sibi reposuerant, ille inter adornandam praestantissimam Beuronensem editionem Sacrorum Librorum interpretationis quae *Vetus Latina* inscribitur, haec dum apparat supplementa *Patrologiae Latinae* Mignianae, quae Lutetiae Parisiorum prodeunt sub R. P. A. Hamman, O. F. M.

Impigro etiam labore nobis praesto fuerunt in commonstrandis erroribus prius admissis inque admonendo quid explendum quidue inserendum ex re esse uideretur, Prof. Dr. B. M. Peebles (ex Washington), Prof. Dr. H. Silvestre (ex Louanio Congolensi, apud Leopoldipolim), Dr. R. B. C. Huygens (ex Lugduno Batauorum), R. P. D. P. Meyvaert, O. S. B. (ex abbatia Quarreriensi in insula Vecti), opere et studio perquam sane molesto, at necessario.

Iuuat etiam hic commemorare, inter eos qui de *Claui* nostra iudicium scripto tulerunt, uberes utilesque animaduersiones doctorum uirorum J. Préaux (*a*) et B. M. Peebles (*b*), sed praesertim R. P. D. B. Fischer, O. S. B. (*c*).

Neque minor gratia habenda iis qui plurimis in locis, quibus praecipuam operam iam diu ipsi nauauerant, emendandis, elucidandis, complendis adlaborauerunt B. Altaner (Herbipolitanus), L. Bieler (Dublinensis), B. Bischoff (Monacensis), M. C. Díaz y Díaz (Salmanticensis), J. Fontaine (Parisiensis), C. Hohler (Londiniensis) et RR. PP. J. Gribomont, O. S. B. (Clarauallensis in Luxemburgo) ac R. E. McNally, S. I. (Woodstockianus in Marylandia).

Consignandum etiam occurrit nomen R. P. D. F. Rommel, O. S. B., nostri monasterii alumni, ob egregiam operam integerrima fide et assiduo studio, sine ulla temporis intermissione, per annos positam, maxime in expungendis typographorum plagulis et indicibus conficiendis, quod quam molestum putidumque sit negotium nemo non perspicit.

Postremo summas grates iam in priore praefatione allatas iterum referimus eximiis uiris Bibliothecarum Praefectis, et alibi et maxime in Academiis Gandauensi et Louaniensi, qui quam studiose et benigne in usum atque potestatem nostram libros sibi commissos concrediderint, quam indefesse et sagaciter nobis praesto fuerint, iuuat libentissimo animo reuocare.

Steenbrugge, 1961.

E. Dekkers, O. S. B.

(*a*) *Latomus*, xi, 1952, p. 242-243.
(*b*) *The Catholic Biblical Quarterly*, xvi, 1954, p. 210-219.
(*c*) *Theologische Literaturzeitung*, lxxvii, 1952, p. 287-289.

IN TERTIAM CLAVIS PATRVM LATINORVM EDITIONEM PRAEFATIO

Ab huius *Clauis* prima editione amplius quadraginta anni elapsi sunt. Interea studia patristica tam graeca quam latina et orientalia uberrime floruerunt. Hic, ne nimium longa sumatur oratio, de nouis scriptis Patrum latinorum dicere incipiemus.

Quis non obstupuit, cum triginta fere epistulae hucusque plane ignotae sancti Augustini, cura et studio Iohannis Divjak e tenebris erutae, in lucem prodierunt (*a*)? Nec minor fuit stupor, cum Franciscus Dolbeau in codice recentiore, neglecto, despecto totidem eiusdem sancti Doctoris sermones inuenit (*b*). Nec praetereunda est illa collectio sermonum cuiusdam concionatoris Africani, sub nomine Iohannis Chrysostomi seruata, et a Francisco Leroy partim e libris manu scriptis, partim ex antiquis Chrysostomi editionibus feliciter eruta (*c*), nec series tractatuum ac sermonum Chromatii Aquileiensis, quam patientissime collegerunt diuersis e fontibus Raymundus Étaix et Iosephus Lemarié (*d*).

Alii eruditi, non minore studio codicibus incumbentes, noua subsidia parauerunt describendo codices manu scriptos, qui Patrum scripta conseruauerunt. Agmen ducunt qui Patrum principalium elenchum codicum confecerunt, Augustini nempe et Hieronymi. Priorem, illum Augustini, colligere curat Academia Vindobonensis (*e*), alterum perfecit Bernardus Lambert (*f*).

Aliorum quoque Patrum opera, sermones, epistulas, fragmenta eorumque genuinitatem, textus constitutionem, fontes summa cum diligentia studiosi scrutati sunt, ut suo loco adnotatum est. Seorsum autem duae *Claues* laudandae sunt. In primis habes *Clauem Patrum Graecorum* quam confecit Mauritius Geerard, qui indefesso labore summaque prudentia omnia Patrum Graecorum scripta recensuit. Eorum quoque uersiones latinas antiquas, quas *Clauis Patrum Latinorum* summatim tantum indicat, accurate descripsit (*a*). Nec minus salutanda sunt priora uolumina *Clauis Patristicae Pseudepigraphorum Medii Aeui*, auctore Iohannis Machielsen. Instrumentum est sui generis, quo commode diuersae attributiones erroneae, in fontibus Medii Aeui occurrentes, enucleantur (*b*).

Non in ultimis laudibus commemoramus elenchum accuratissimum et locupletissimum, «Kirchenschriftsteller» nuncupatum, qui quasi gemellus est frater nostrae *Clauis*. Eum post Bonifatium Fischer optime elaborauit Hermannus Iosephi Frede (*c*). Nam nec accuratione nec fide nec plenitudine elenchum quemquam cum illo conferendum puto. Nec non praetereundus est *Index Thesauri Linguae Latinae*, qui inter opera auctorum gentilium, et optimas editiones Patrum Latinorum, licet summatim, indicat (*d*).

Nihilominus spero hanc *Clauem* quam his omnibus instrumentis feliciter adiuti secunda uice renouauimus, adhuc utilem fore, quae codices et studia inuestigationesque textui constituendo utiles uberius enumerat.

Cum noua opera inserere necesse esset, ne numeri singulis Patrum operibus appositi mutarentur, numeros, addita littera, adhibere debuimus.

*
* *

Recolere uelim — si magna paruis componere licet — illud Augustini in sua praefatione ad libros XV de Trinitate: «Iuuenis inchoaui, senex edidi» (*e*). Prima enim editio huius *Clauis* iuuenili ut par erat ardore concinnata est; tertia nunc non minore ardore sed maiore (ut spero) experientia composui, et certe grandiore agmine eruditorum stipatus, qui doctis consiliis me quam maxime adiuuerunt. Eorum nomina recolere gratum faustumque officium est. Plura iam occurrunt in supra repetitis praefationibus ad primam alteramque huius *Clauis* editionis; quidam eorum lucem adhuc aspiciunt, quidam autem iam dormiunt in pace lucis aeternae. In primis nominandus est Michael Cardinalis Pellegrino, qui opus nostrum uariis modis summaque cum discretione semper fouebat.

(*a*) Vide infra, sub numero 262*a*.
(*b*) Vide infra, sub numero 288.
(*c*) Vide infra, sub numero 916 sqq.
(*d*) Vide infra, sub numeris 217-218.
(*e*) Vide infra, inter libros saepius allatos, sub siglo HÜWA.
(*f*) Vide infra, inter libros saepius allatos, sub nomine B. Lambert.

(*a*) Vide infra, inter libros saepius allatos, sub siglo CPG.
(*b*) Vide infra, inter libros saepius allatos, sub siglo CPPM.
(*c*) Vide infra, inter libros saepius allatos, sub nomine H. J. Frede.
(*d*) Vide infra, inter libros saepius allatos, sub uocabulo *Thesaurus*.
(*e*) Cfr Augustinus, *De Trinitate*, prologus (ed. W. Mountain & Fr. Glorie, Turnhout, 1968, p. 25, 4/5).

Supremum diem obiit sexto Idus Octobris anni MCMLXXXVI. Eius memoriae illique Iohannis Cardinalis Mercati nouam Clauis editionem dicare congruum est.

Simili modo recolimus nomen eruditae feminae, de litteris patristicis optime meritae Christinae Mohrmann Nouiomagensis, quae et ipsa iam in pace requiescit, nobis erepta die tertio Idus Iulii anni MCMLXXXVIII. Libenter in memoriam reuoco festiuum diem decimo septimo Kalendas Februarii anni MCMLXIX, quem illustrauerunt laudationes, altera a Cardinale Pellegrino, altera a Christina Mohrmann habitae, cum prodiit uolumen quinquagesimum seriei *Corpus Christianorum*.

Egregia sua discretione in prioribus huius *Clauis* editionibus laudari noluit Paulus Grosjean S. I., Bollandista, Hibernicae Latinitatis fautor, qui tamen in hac *Claue* redigenda magnam partem habuit, plagulas meas iterum iterumque emendans, sermonem latinum huius operis limans, me quasi per manus ducens. Ei iam Idibus Iunii anni MCMLXIV in pace quiescenti nunc primum eximiam gratiam agere possum.

Nonnulla nomina recordanda sunt eruditorum, qui per litteras, per librorum aestimationes aliisque modis quaedam emendanda uel addenda esse monuerunt. Suo quaeque loco earum animaduersiones in *Claue* consignatae sunt. Hic cara nomina recolere eorum qui nos liberalissime adiuuerunt pergratum officium est. Inter eos eminent R. Étaix, M. Geerard, M. Lapidge, B. Löfstedt, M. McCormick, P. Meyvaert, B. Peebles (†), H. Silvestre.

Postremo illi gratias uberrimas agimus, qui schedulas nostras a prima usque ad ultimam iterum iterumque rescriptas, auctas, emendatas infinita patientia indefessoque labore discis electronicis commendauit, Steenbrugensi nempe nostro Thomas Schockaert. Eadem gratitudinem complector Rolandum Demeulenaere et Iohannem Desmet, nec non et artifices in instructissima officina signo *Grafikon* decorata laborantes, totum opus eleganter disposuerunt ac per paginas ordinauerunt, ita ut luculenter photographice expressum, iam praesto sit in commodum lectoris.

Huic praefatiunculae, iam uerbosiori, finem imponere uelim uberrimas exhibens gratias Omnipotenti Deo, qui et uitam et otium ad hoc opus perficiendum mihi largiter concessit. Sit laudatum nomen Eius.

Steenbrugis, a. MCMXCV.

E. DEKKERS, O.S.B.

CONSPECTVS MATERIAE

SIGLA ET LIBRI SAEPIVS ADHIBITI

AASS = *Acta Sanctorum, collecta ... a Sociis Bollandianis*, 3^a ed., Paris, 1863 sqq.

AB = *Analecta Bollandiana*, Bruxelles, 1882 sqq.

ACO = *Acta Conciliorum Oecumenicorum*, edid. E. SCHWARTZ, Berlin, 1914 sqq.

ACW = *Ancient Christian Writers*, Westminster (Maryland), 1946 sqq.

AL = *Archiv für Liturgiewissenschaft*, Maria Laach, 1950 sqq.

ALL = *Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik*, Leipzig, 1884-1906.

ALMA = *Archiuum Latinitatis Medii Aeui (Bulletin Du Cange)*, Bruxelles, 1924 sqq.

B. ALTANER & A. STUIBER, *Patrologie*, Freiburg, 1993.

ANDRIEU = M. ANDRIEU, *Les « Ordines Romani » du haut Moyen Age*, i-v, Louvain, 1931-1956 (*Spicilegium Sacrum Louaniense*, xi, xxiii, xxiv, xxviii, xxix).

Ann. Phil. = *L'Année Philologique*, Paris, 1928 sqq. (cfr J. MAROUZEAU).

Aug. Mag. = AVGVSTINVS MAGISTER. *Congrès international augustinien* [Paris 1954], i-iii, Paris, 1954.

BALAC = *Bulletin d'ancienne littérature et d'archéologie chrétiennes*, Paris, 1911-1914.

BALCL = *Bulletin d'ancienne littérature chrétienne latine*, Maredsous, 1921 sqq. (Suppl. à la RB).

O. BARDENHEWER, *Geschichte* = O. BARDENHEWER, *Geschichte der altkirchlichen Literatur*, Freiburg in Br., i, 1913^2; ii, 1914^2; iii, 1923^2; iv, 1924; v, 1931.

J. H. BAXTER, Ch. JOHNSON & J. F. WILLARD, *An Index of British and Irish Latin Writers (400-1520)*, in ALMA, vii, 1932, p. 110-219.

BerlPhWo = *Berliner Philologische Wochenschrift*, Berlin-Leipzig, 1880-1920.

BHG = *Bibliotheca hagiographica graeca*, troisième édition, par Fr. HALKIN, Bruxelles, 1957 (*Subsidia hagiographica*, viii^a) [reuocatur lector, non ad paginas, sed ad numeros tantum].

BHL = *Bibliotheca hagiographica latina*, edid. Hagiographi Bollandiani, i-ii, Bruxellis, 1898-1901 [= ed. altera, 1949] (*Subsidia hagiographica*, vi); *Supplementum*, 1911^2 (*Subsidia hagiographica*, xii); *Nouum Supplementum*, quod et locum tenet prioris *Supplementi*, edid. H. FROS, 1986 (*Subsidia hagiographica*, lxx) [reuocatur lector, non ad paginas, sed ad numeros tantum].

BHO = *Bibliotheca Hagiographica Orientalis*, Bruxellis, 1910.

B. Bischoff, *Studien* = B. Bischoff, *Mittelalterliche Studien. Ausgewählte Aufsätze zur Schriftkunde und Literaturgeschichte*, i-iii, Stuttgart, 1966-1981.

Id., *Wendepunkt in der Geschichte der lateinischen Exegese im Frühmittelalter*, in SE, vi, 1954, p. 189-281 (= *Mittelalt. Studien*, i, p. 205-273).

M. W. Bloomfield et alii, *Incipits of Latin Works on the Virtues and Vices, 1100-1500 A.D.*, Cambridge (Mass.), 1979.

Fr. Brunhölzl, *Histoire de la littérature du Moyen Âge*, traduit par H. Rochais. Compléments bibliographiques pour l'édition française par J.-P. Bouhot, i sqq., Turnhout, 1990 sqq.

BTAM = *Bulletin de théologie ancienne et médiévale*, Louvain, Mont-César, 1929 sqq. (Suppl. aux RTAM).

P. Capelle, *Le texte du Psautier latin en Afrique*, Rome, 1913 (*Collectanea Biblica Latina*, iv).

CC = *Corpus Christianorum. Series latina*, Turnhout, 1953 sqq.

CCCM = *Corpus Christianorum. Continuatio Mediaeualis*, Turnhout, 1966 sqq.

CCM = K. Hallinger, *Corpus Consuetudinum Monasticarum*, Siegburg, 1963 sqq.

CCSA = *Corpus Christianorum. Series Apocryphorum*, Turnhout, 1983 sqq.

chevalier = U. Chevalier, *Repertorium hymnologicum*, i-vi, Bruxellis, 1892-1920 (Suppl. aux AB) [reuocatur lector, non ad paginas, sed ad numeros tantum; siglo *Add.* designamus *Addenda et Corrigenda* in t. v].

CIL = *Corpus Inscriptionum Latinarum*, Berlin, 1863 sqq. [ad numeros reuocantur lectores].

CLLA = K. Gamber, *Codices Liturgici Latini antiquiores*, i-ii, Friburgi Heluet., 1968²; *Supplementum*, 1988 (*Spicilegii Friburgensis Subsidia*, i).

Coll. Fragm. = *Colligere Fragmenta. Festschrift A. Dold*, Beuron, 1952.

cordoliani = A. Cordoliani, *Les traités de comput du haut Moyen Age*, in ALMA, xvii, 1943, p. 51-72.

P. Courcelle, *Les lettres grecques en Occident*, Paris, 1948².

CANT = M. Geerard, *Clauis Apocryphorum Noui Testamenti*, Turnhout, 1992.

CPG = Id, *Clauis Patrum Graecorum*, i-v, Turnhout, 1974-1987.

CPL = E. Dekkers [& A. Gaar], *Clauis Patrum Latinorum*, Turnhout, 1995³.

CPPM = J. Machielsen, *Clauis Patristica Pseudepigraphorum Medii Aeui*, i A-B sqq., Turnhout, 1990 sqq.

CSEL = *Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum*, Wien, 1866 sqq.

CSLMA, *Auct. Galliae*, i = *Clauis Scriptorum Latinorum Medii Aeui, Auctores Galliae*, t. i (737-987), édité par M.-H. Jullien & Fr. Perelman, Turnhout, 1994.

DACL = F. Cabrol, H. Leclercq [& H. Marrou], *Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de Liturgie*, i-xv, Paris, 1907-1953.

D. De Bruyne, *Sommaires, Divisions et Rubriques de la Bible Latine*, Namur, 1914.

Id., *Préfaces* = *Préfaces de la Bible latine*, Namur, 1920.

J. de Ghellinck, *Patristique et Moyen Age*, t. ii: *Introduction et Compléments à l'étude de la Patristique*, Bruxelles, 1947.

E. Dekkers [& A. Gaar], *Clauis Patrum Latinorum*, Turnhout, 1995³ (= CPL).

DHGE = A. Baudrillart, A. De Meyer, É. Van Cauwenbergh, & R. Aubert, *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastiques*, Paris, 1912 sqq.

díaz = M. C. Díaz y Díaz, *Index Scriptorum Latinorum Medii Aeui Hispanorum*, i-ii, Salamanca, 1958-1959 seu Madrid, 1959 (elenchus omnibus numeris absolutus omnium textuum in Hispania lingua latina conscriptorum a saec. vi usque ad saec. xiv) [nisi aliter notatur, lector reuocatur, non ad paginas, sed ad numeros].

F. Di Capua, *Il ritmo prosaico nelle lettere dei Papi*, i-iii, Roma, 1937-1946.

Id., *Scritti minori*, i-ii, Roma, 1959.

diehl = E. Diehl, *Inscriptiones Latinae Christianae ueteres*, i-iii, Berlin, 1925-1931 [nisi aliter notatur, lector reuocatur, non ad paginas, sed ad numeros].

Die Iren und Europa im früheren Mittelalter, herausgegeben von H. Löwe, i-ii, Stuttgart, 1982.

Fr. Dolbeau & P. Petitmengin, *Indices Librorum. Catalogues anciens et modernes de manuscrits médiévaux en écriture latine. Sept ans de bibliographie (1977-1983)*, Paris, 1987.

DTC = *Dictionnaire de Théologie Catholique*, Paris, 1902-1972.

G. Dumeige, *Synopsis scriptorum Ecclesiae antiquae, ab A.D. 60 ad A.D. 460*, Uccle (Bruxelles), (1953).

EL = *Ephemerides liturgicae*, Roma, 1889 sqq.

Emerita = *Emerita*, Madrid, Centro de Estudios históricos, 1933 sqq.

H. Emonds, *Zweite Auflage im Altertum*, Leipzig, 1941 (*Klassisch-philologische Studien*, xiv).

Eos = *Eos. Commentarii Societatis Philologicae Polonorum*, Lwów, 1898 sqq.

Eranos = *Eranos. Acta Philologica Suecana*, Uppsala, 1901 sqq.

Estud. Ecles. = *Estudios Eclesiásticos*, Madrid, 1922 sqq.

B. Fischer = *Vetus Latina. Die Reste der altlateinischen Bibel, nach Petrus Sabatier neu gesammelt und herausgegeben von der Erzabtei Beuron*, 1. Lieferung: *Verzeichnis der Sigel für Handschriften und Kirchenschriftsteller*, von B. Fischer, Freiburg i. Br., 1949 (continet catalogum SS. Patrum hucusque longe locupletissimum; noua editio et emendata: uide H. J. Frede; uide infra sub nomine H. J. Frede).

FlP = *Florilegium Patristicum*, edid. G. Rauschen c. s., Bonn, 1904 sqq.

J. Fontaine, *Aspects et problèmes de la prose d'art latine au iiie siècle. La genèse des styles latins chrétiens*, Torino, 1968.
Forma Futuri. Studi in onore del Card. M. Pellegrino, Torino, 1975.
H. J. Frede = H. J. Frede, *Kirchenschriftsteller. Verzeichnis und Sigel*, Freiburg, 1995³ (*Vetus Latina*, I, 1).
Frick = C. Frick, *Chronica minora*, i, Leipzig, 1892 (*Bibliotheca Teubneriana*).

K. Gamber, *Codices Liturgici Latini antiquiores*, i-ii, Friburgi Heluet., 1968²; *Supplementum*, 1988 (*Spicilegii Friburgensis Subsidia*, 1).
GAMBER = Kl. Gamber, *Sakramentartypen. Versuch einer Gruppierung der Handschriften und Fragmente bis zur Jahrtausendwende*, Beuron, 1958 (TA, i, 49/50).
GCS = *Griechische christliche Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte*, Berlin-Leipzig, 1897 sqq.
M. Geerard, *Clauis Apocryphorum Noui Testamenti*, Turnhout, 1992 (= CANT).
Id., *Clauis Patrum Graecorum*, i-v, Turnhout, 1974-1987 (= CPG).
P. Glorieux, *Pour revaloriser Migne. Tables rectificatives*, Lille, 1952.
R. Grégoire, *Homéliaires liturgiques médiévaux*, Spoleto, 1980.
Id., *Les homéliaires du Moyen Age*, Roma, 1966.

H. Hagendahl, *Latin Fathers and the Classics*, Göteborg, 1958.
Id., *Augustine and the Latin Classics*, i-ii, Göteborg, 1967.
A. Harnack, *Chronologie* = A. Harnack, *Geschichte der altkirchlichen Literatur*, 2. Teil: *Chronologie*, i-ii, Leipzig, 1897-1904 [= ed. altera, 1958].
Id., *Kleine Schriften zur alten Kirche*, i-ii, Leipzig, 1983.
HBS = *Henry Bradshaw Society for Editing Rare Liturgical Texts*, London, 1891 sqq.
Hermathena = *Hermathena. A Series of Papers on Literature, Science and Philosophy*, Dublin.
Hermes = *Hermes. Zeitschrift für klassische Philologie*, Berlin, 1865 sqq.
HERZOG & SCHMIDT = R. Herzog & P. Schmidt, *Nouvelle Histoire de la Littérature Latine*, v, Turnhout, 1993.
HÜWA = *Die handschriftliche Überlieferung der Werke des heiligen Augustin*, i, Wien, 1969 sqq. (= *Veröffentlichungen der Kommission zur Herausgabe des Corpus der lateinischen Kirchenväter*, i sqq.).

ILL = *Instrumenta Lexicologica Latina*, curante Cetedoc. Series A: *Formae*; Series B: *Lemmata*, Turnhout, 1982 sqq.
Instr. Patr. = *Instrumenta Patristica*, i sqq., Steenbrugge, 1959 sqq.

JAC = *Jahrbuch für Antike und Christentum*, Münster, 1958 sqq.
JL = *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft*, herausgegeben von O. Casel, Münster-Maria Laach, 1921-1941 (seit 1950 AL, herausgegeben von H. Emonds, Regensburg-Maria Laach).
JTS = *Journal of Theological Studies*, Oxford, 1899 sqq.
JW = *Regesta Pontificum Romanorum*, edid. Ph. Jaffé; editionem alteram, auspiciis G. Wattenbach, curauerunt S. Löwenfeld, F. Kaltenbrunner & P. Ewald, i-ii, Leipzig, 1885-1888 [reuocatur lector, non ad paginas, sed ad numeros].

KENNEY = J. F. Kenney, *The Sources for the Early History of Ireland*, i, New York, 1929 [nisi aliter notatur, reuocatur lector, non ad paginas, sed ad numeros].
KLAUSER = Th. Klauser, *Das römische Capitulare Euangeliorum*, i, Münster, 1935 (LQF, xxviii).
R. Klussmann, *Bibliotheca Scriptorum classicorum et Graecorum et Latinorum (1878-1896)*, i-ii, Leipzig, 1909-1913.
P. O. Kristeller, *Catalogus Translationum et Commentariorum. Mediaeval and Renaissance Latin Translations and Commentaries*, i sqq., Washington, 1960 sqq.
Id., *Latin Manuscript Books before 1600: a List of the Printed Catalogues and Unpublished Inventories of Extant Collections. Fourth Revised and Enlarged Edition by* S. Krämer, München, 1993.
KRUSCH = Br. Krusch, *Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie*, i-ii, Leipzig-Berlin, 1880-1938.

M. L. W. Laistner, *Thought and Letters in Western Europa A. D. 500 to 900*, London, 1957².
B. Lambert, BHM = B. Lambert, *Bibliotheca Hieronymiana Manuscripta*, i-iv, Steenbrugge, 1969-1972 (= *Instr. Patr.*, iv)
S. Lambrino, *Bibliographie de l'antiquité classique (1896-1914)*, Paris, 1951.
Lanzoni = F. Lanzoni, *Le diocesi d'Italia*, i-ii, Faenza, 1927 (StT, xxxv).
LAPIDGE & SHARPE = M. Lapidge & R. Sharpe, *A Bibliography of Celtic-Latin Literature 400-1200*, Dublin, 1985.
Lateinische Kultur im viii. Jahrhundert. Traube Gedenkschrift, herausgegeben von A. Lehner & W. Berschin, St. Ottilien, 1989.
R. Laurentin, *Table* = R. Laurentin, *Court traité de théologie mariale*, Paris, 1953, p. 119-173: *Table rectificative des pièces mariales inauthentiques ou discutées contenues dans les deux Patrologies de Migne*.
E. Löfstedt, *Syntactica*, i-ii, Lund, 1928-1933 (ed. altera, t. i, 1942).
Id., *Vermischte Studien zur lateinischen Sprachkunde und Syntax*, Lund, 1936.
Id., *Coniectanea. Untersuchungen auf dem Gebiete der antiken und mittelalterlichen Latinität*, i, Stockholm, 1950.
Id., *Late Latin*, Oslo, 1959.
Lingua Patrum, uide G. Sanders & M. Van Uytfanghe.
F. Lot c. s., *Index Scriptorum operumque latino-gallicorum medii aeui (500-1000)*, in ALMA, xiv, 1939, p. 114-230; xx, 1950, p. 5-64 (minus accurate).
LOWE = E. A. Lowe, *Codices Latini Antiquiores*, i-xi et Suppl., Oxford, 1934-1972.
LQF = *Liturgiegeschichtliche Quellen und Forschungen*, Münster, 1919 sqq.

MAASSEN = F. MAASSEN, *Geschichte der Quellen und Literatur des canonischen Rechts*, i, Gratz, 1870 [= altera ed., 1956] [reuocatur lector, non ad paginas, sed ad numeros tantum].

J. MACHIELSEN, *Clauis Patristica Pseudepigraphorum Medii Aeui*, i A-B sqq., Turnhout, 1990 sqq. (= CPPM).

R. E. MCNALLY, *The Bible in the Early Middle Ages*, Westminster (Maryland), 1959.

MANITIUS = M. MANITIUS, *Geschichte der lateinischen Literatur im Mittelalter*, i-iii, München, 1911-1931 (*Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft*, ix, 2).

R. MARICHAL, *Paléographie précaroline et Papyrologie*, ii. *L'écriture latine du premier au septième siècle: les sources*, in *Scriptorium*, iv, 1950, p. 116-142 (imprimis plenissime recensentur omnes papyri latini).

J. MAROUZEAU, *Dix années de Bibliographie classique (1914-1924)*, i-ii, Paris, 1927-1928.

ID., *L'Année philologique*, Paris, 1928 sqq. (= *Ann. Phil.*).

MBP = [MARGARIN DE LA BIGNE], *Maxima bibliotheca ueterum Patrum et antiquorum auctorum ecclesiasticorum*, i-xxvii, Lyon, 1677.

P. MEYVAERT, *Benedict, Gregory, Bede and others*, London, 1977.

G. MERCATI, OM = G. MERCATI, *Opere minori*, i-vi, Roma, 1937-1984 (StT, lxxvi-lxxx; ccxcvi).

MGH = *Monumenta Germaniae historica*:

auct. ant. = *Auctores antiquissimi*;

chron. min. = *Chronica minora* (*auct. ant.*, ix, xi et xiii);

conc. = *Concilia* (*leg. sect.*, iii);

dipl. = *Diplomata*;

epist. = *Epistulae*;

gesta pont. rom. = *Gesta Pontificum Romanorum*;

lang. = *Scriptores rerum Langobardicarum et Italicarum saec. vi-ix*;

leges = *Leges* (ser. in folio);

leg. sect. = *Legum sectiones* i-v;

poet. lat. = *Poetae latini medii aeui*;

scr. mer. = *Scriptores rerum Merouingicarum*;

scr. = *Scriptores* (ser. in folio);

Scr. rer. germ. = *Scriptores rerum germanicarum*.

Misc. Agost. = *Miscellanea Agostiniana*, i-ii, Roma, 1930-1931.

Misc. Mercati = *Miscellanea Giovanni Mercati*, i-vi, Roma, 1946 (StT, cxxi-cxxvi).

Mn = *Mnemosyne. Bibliotheca classica Bataua*, Leiden, 1873 sqq.

C. MOHRMANN, *Laatlatijn en Middeleeuws Latijn*, Utrecht, 1947.

EAD., *Les origines de la latinité chrétienne de Rome*, in VC, iii, 1949, p. 67-106; 163-183.

EAD., *Études sur le Latin des Chrétiens*, i-iv, Roma, 1958-1977.

MOMMSEN = Th. MOMMSEN, *Chronica minora*, i-iii, Berlin, 1892-1898 (MGH, *auct. ant.*, ix, xi et xiii).

G. MORIN, *Études* = G. MORIN, *Études, textes, découvertes*, Maredsous, 1913.

D. NORBERG, *Beiträge zur spätlateinischen Syntax*, Uppsala, 1944.

ID., *Syntaktische Forschungen auf dem Gebiete des Spätlateins und des frühen Mittellateins*, Uppsala, 1943.

ID., *La poésie latine rythmique du haut moyen âge*, Stockholm, 1954.

ID., *Introduction à l'étude de la versification latine médiévale*, Stockholm, (1958).

Patr. Stud. = *Patristic Studies*.

A. PELZER, *Répertoires d'incipit pour la littérature latine, philosophique et théologique, du moyen âge*, in RHE, xliii, 1948, p. 495-512 (altera ed., aucta et emendata, Roma, 1951).

PG = *Patrologia Graeca*, edid. J. P. MIGNE, i-clxi, Paris, 1857-1886.

PhWo = *Philologische Wochenschrift*, Berlin, (1921).

PL = *Patrologia Latina*, edid. J. P. MIGNE, i-ccxxi, Paris, ed. prior, 1844-1864 [numeris uncis inclusis ad editionem alteram reuocantur lectores].

PLS = *Patrologiae Latinae Supplementum*, edid. A. HAMMAN [& L. GUILLAUMIN], i-v, Paris, 1958-1974.

Prosopographie, i = A. MANDOUZE, *Prosopographie de l'Afrique chrétienne (303-533)*, Paris, 1980.

J. QUASTEN, *Patrology*, i-iii, Utrecht, 1950-1960; uersio gallica aucta et emendata: *Initiation aux Pères de l'Église*, i-iii, Paris, 1955-1963.

RAC = *Reallexikon für Antike und Christentum*, herausgegeben von Th. KLAUSER, i sqq., Stuttgart, 1950 sqq.

RB = *Revue bénédictine*, Maredsous, 1884 sqq.

RÉA = *Revue des Études anciennes*, Bordeaux, 1898 sqq.

RÉAug = *Revue des Études augustiniennes*, Paris, 1955 sqq.

RÉL = *Revue des Études latines*, Paris, 1922 sqq.

Repertorium Fontium Historiae Medii Aeui, i sqq., Roma, 1962 sqq.

RevSR = *Revue des sciences religieuses*, Strasbourg, 1921 sqq.

RHE = *Revue d'histoire ecclésiastique*, Louvain, 1900 sqq.

RHT = *Revue d'histoire des textes*, Paris, 1971 sqq.

RhM = *Rheinisches Museum für Philologie*, Frankfurt, 1846 sqq.

RMAL = *Revue du Moyen Age latin*, i-xlvi, Lyon-Strasbourg, 1945-1990.

RSR = *Recherches de science religieuse*, Paris, 1910 sqq.

RTAM = *Recherches de théologie ancienne et médiévale*, Louvain, Mont-César, 1929 sqq.

G. SANDERS & M. VAN UYTFANGHE = G. SANDERS & M. VAN UYTFANGHE, *Bibliographie signalétique du Latin des Chrétiens*, Turnhout, 1989 (CC, *Lingua Patrum*, i).

SC = *Sources Chrétiennes*, Paris, 1941 sqq.

SCHALLER & KÖNSGEN = D. SCHALLER & E. KÖNSGEN, *Initia Carminum Latinorum saec. xi antiquiorum*, Göttingen, 1977.

SCHANZ = M. SCHANZ, [C. HOSIUS & G. KRÜGER], *Geschichte der römischen Literatur*, München, t. iii (ed. 3^{a}), 1922 [numeris uncis inclusis remittuntur lectores ad editionem antecedentem (1905), longe

locupletiorem]; iv, 1 (ed. 2ª), 1914; iv, 2, 1920 (*Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft*, viii) [semper reuocatur lector, non ad numeros, sed ad paginas]. Vide etiam R. HERZOG & P. L. SCHMIDT.

W. SCHNEEMELCHER (editor), *Bibliographia Patristica*, i sqq., Berlin, 1959 sqq.

C. SCHOENEMANN, *Bibliotheca historico-literaria Patrum Latinorum*, i-ii, Leipzig, 1792-1794.

Scriptorium = *Scriptorium. Revue internationale des études relatives aux manuscrits*, Bruxelles, 1946 sqq.

SE = *Sacris Erudiri. Jaarboek voor Godsdienstwetenschappen*, Steenbrugge, 1948 sqq.

A. SIEGMUND, *Die Überlieferung der griechischen christlichen Literatur in der lateinischen Kirche bis zum zwölften Jahrhundert*, München, 1949 (*Abhandlungen der bayerischen Benediktiner-Akademie*, v).

STEGMÜLLER = F. STEGMÜLLER, *Repertorium Biblicum Medii Aeui*, i sqq., Madrid, 1950 sqq., cum duobus Supplementis (conspectus utilis operum et nonnullorum codicum).

Stud. Med. = *Studi Medievali, 3ª serie*, Spoleto, 1960 sqq.

Stud. Mon. = *Studia Monastica*, Montserrat, i sqq., 1959.

Stud. Patr. = *Studia Patristica. Papers presented to the Second International Conference on Patristic Studies* [Oxford 1955], edid. by K. ALAND, F. L. CROSS & E. A. LIVINGSTONE, i-ii, Berlin, 1957 sqq. (TU, lxiii sqq.).

StT = *Studi e Testi*, Città del Vaticano, 1900 sqq.

Studien & Mitteil. OSB = *Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner und Cistercienser Orden*, Raigern, 1880 sqq. (seit 1911: *Studien und Mitteilungen zur Geschichte des Benediktinerordens*).

J. SVENNUNG, *Untersuchungen zu Palladius und zur lateinischen Fach- und Volkssprache*, Uppsala, 1935.

TA = *Texte und Arbeiten*, Beuron, 1917 sqq.

Thesaurus Linguae Latinae. Index. Editio altera, curantibus D. KRÖMER & C. G. VAN LEIJENHORST, Leipzig, 1990.

ThLz = *Theologische Literaturzeitung*, Berlin, 1875 sqq.

ThRev = *Theologische Revue*, Münster, 1902 sqq.

THORNDIKE & KIBRE = L. THORNDIKE & P. KIBRE, *Catalogue of Incipits of Mediaeval Scientific Writings in Latin. Revised and Augmented Edition*, London, 1963.

Traditio = *Traditio. Studies in Ancient and Medieval History, Thought and Religion*, New York, 1943 sqq.

TSt = *Texts and Studies. Contributions to Biblical and Patristic Literature*, Cambridge, 1891 sqq.

TU = *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur*, Leipzig, 1882 sqq.

USSANI = V. USSANI, *Index Latinitatis Italiae medii aeui antiquioris*, in ALMA, vi, 1931, p. 1-96.

A. VACCARI, *Scritti di erudizione e di filologia*, i-ii, Roma, 1952-1958.

J. VAN HAELST, *Catalogue des Papyrus littéraires juifs et chrétiens*, Paris, 1976, p. 363-367; 373-375: *Textes Latins*.

M. VATTASSO, *Initia Patrum*, i-ii, Roma, 1906-1908 (StT, xvi-xvii).

VC = *Vigiliae Christianae. A Review of Early Christian Life and Language*, Amsterdam, 1947 sqq.

Vet. Christ. = *Vetera Christianorum*, Bari, 1964 sqq.

WALTHER = H. WALTHER, *Alphabetisches Verzeichnis der Versanfänge mittellateinischer Dichtungen* (*Carmina Medii Aeui posterioris latina*, i), Göttingen, 1959.

C. WEYMAN, *Beiträge* = C. WEYMAN, *Beiträge zur Geschichte der christlich-lateinischen Poesie*, München, 1926.

WklPh = *Wochenschrift für klassische Philologie*, Berlin, 1893-1920.

WSt = *Wiener Studien. Zeitschrift für classische Philologie*, Wien, 1878 sqq.

ZKG = *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, Gotha, 1876 sqq.

ZkTh = *Zeitschrift für katholische Theologie*, Innsbruck, 1877 sqq.

ZntW = *Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft und die Kunde der älteren Kirche*, Gießen, 1900 sqq.

INDEX ABBREVIATIONVM

a. c. = articulus citatus.
Cod. = Codex; codices.
Ed. = Editio, editiones.
Emend. = Emendatio; emendationes.
Exc. = Excerptum; excerpta.
fº = folium; folia.
Inc. = Incipit.
l. = liber; libri.
l. c. = locus citatus.
n. s. = noua series, nouvelle série, neue Folge cet.
o. c. = opus citatus.
Sb. = Sitzungsberichte, philologisch-historische Klasse.
t = tomus.
t. c. = tomus citatus.
Text. bibl. = Textus biblicus.
Trad. text. = Traditio textus («Überlieferungsgeschichte»).
Var. lect. = Variae lectiones.

I. SCRIPTORES ANTENICAENI

TERTVLLIANVS

floruit in Africa circa 197-220. — Cfr R. Braun, *Deus Christianorum. Recherches sur le Vocabulaire doctrinal de Tertullien*, Paris, 1977²; Id., *Approches de Tertullien*, Paris, 1992.

Studia litterarum uberrima sunt, uide breue et utilissimum summarium apud J. H. Waszink, *Tertullianus. De anima*, Amsterdam, 1947, p. 597-620; uel in CC, i, 1954, p. x-xxv; uel apud G. Sanders & M. Van Uytfanghe, p. 122-128, dum inde ab anno 1976 traditur in RÉAug pretiosissima *Chronica Tertullianea*, cura et studio R. Braun, J.-Cl. Fredouille, P. Petitmengin. Cfr R. Braun, *État des travaux sur la langue de Tertullien (1960-1975)*, dans Id., *Approches* etc., p. 301-319.

Cod. cfr CC, i, 1954: tabula ii; addatur: Bremen, f° 4: *Correct. in Tertullianum*. Vide et P. Petitmengin, *Le Tertullien de Fulvio Orsini*, in *Eranos*, lix, 1961, p. 116-135; Id., *John Leland, Beatus Rhenanus et le Tertullien de Malmesbury*, in *Stud. Patr.*, xviii, 2, 1989, p. 53-60.

Critica: H. Hoppe, *Syntax und Stil des Tertullian*, Leipzig, 1903; G. Thörnell, *Studia Tertullianea*, i-iv, Uppsala, 1918-1926; E. Löfstedt, *Zur Sprache Tertullians*, Lund, 1920; H. Hoppe, *Beiträge zur Sprache und Kritik Tertullians*, Lund, 1932; Chr. Mohrmann, *Observations sur la langue et le style de Tertullien*, in *Nuovo Didaskaleion*, iv, 1950/51, p. 41-54 (= *Études*, ii, 1961, p. 235-246); V. Bulhart, *De sermone Tertulliani*, in CSEL, lxxvi, 1957, p. ix-lvi; Id., in *Sb. Wien*, 1957, 231.Heft.

Trad. text.: A. Harnack, *Tertullian in der Literatur der alten Kirche*, in *Sb Berlin*, 1895, p. 545-579 (= *Kleine Schriften*, i, Leipzig, 1980, p. 247-271); P. Lehmann, *Tertullian im Mittelalter*, in *Hermes*, lxxxvii, 1959, p. 231-244 (= *Erforschung des Mittelalters*, v, Stuttgart, 1962, p. 184-199); N. Labardi, in *Orpheus*, n. s., ii, 1981, p. 380-396.

Emend.: P. Petitmengin, *Errata Tertullianea*, in *Autour de Tertullien. Hommage à R. Braun*, ii, Nice, 1991, p. 35-46; G. Stramondo, in *Nuovo Didaskaleion*, xiv, 1964, p. 5-19; C. Tibiletti, in *Annali Univ. Lecce*, vii, 1974, p. 339-349; Id., in *Giornale ital. de filol.*, n. s., viii, 1976, p. 169-180.

